



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

XXI. Markgraf Ludwig verleiht denen von Winterfeld die Erspectanz auf Hebungen in Dalmin, Strele und Blüten, im Jahre 1344.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

**XXI.** Markgraf Ludwig verleiht denen von Wintersfeld die Expectanz auf Hebungen in Dalmin, Strele und Blüthen, im Jahre 1344.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc. contulimus etc. strenuo viro Conrado de Winterueld fideli nostro dilecto suisque etc. deuolutionem XVIII frustorum annuorum reddituum sitorum in villis subnotatis, jn dalmen VIII frusta, jn strel VIII et in Bluten III frusta cum omni iure, utilitate, comodo et honore, quibus ad nos deuolui possent in futurum, sine inquietacione qualibet perpetuis temporibus pacifice possidenda, Renunciantes etc. In cuius testes Eck, Jo. buch, Boto de ylborg, magister coquine, wedil senior et G. wolf. Datum ut supra anno eodem, sabbato post agnetis.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg. B. 18<sup>b</sup>, Nr. L.

**XXII.** Markgraf Ludwig verleiht Hebungen im Dorfe Holzhausen an seinen Kaplan Peter zu Kyritz und an einige Bürger in Freienstein, im Jahre 1345.

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi, Quod nos Ludouicus dei gracia brandenburgensis et iusticie marchio, comes palatinus reni, bauarie ac karinthie dux, sacrique romani imperii archicamerarius, contulimus et presentibus conferimus, discretis viris domino petro plebano in kyritz cappellano nostro dilecto, petro et michaheli de frankenuord dictis, ciuibus in Vreienstat, et eorum heredibus legitimis, omnem pactum, censum et precariam ville Holzhusen site prope Kyritz, cum quatuor talentis denariorum brand., de seruitio curruum ville predictae, preter juspatronatus, iudicium supremum, et officium prefecture, tali forma, conditione quoque iure, quibus strenuus miles Bertoldus de Ebenhausen predicta bona cum suis pertinentiis rite sibi pertinentibus, a nobis in pheodo tenuit et possedit, perpetuis temporibus, pacifice seu quiete sine impedimento quolibet possidenda, Reseruantes tamen nobis, heredibus, et successoribus nostris dictorum honorum, pro quinquaginta marcis argenti brand. et ponderis reemptionis plenariam dum voluerimus facultatem. Poterunt quoque predicti, cappellanus noster, petrus et michahel, ac eorum heredes prenominata bona vendere seu alienare, pro premissa pecunia, videlicet quinquaginta marcis, reemptione tamen nostra salua manente, quandocumque ipsis videbitur conuenire, In cuius testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt strenui viri frid. mautner curie nostre magister, alb. de wolffstayn, Joh. de helbe, Hele marschaleus, sweyker de gundolfingen, altmannus de degenberch, wolffhard de satzenhofen, hartm. mager, milites, Gerke wolf et marquard Loterpek, cum ceteris fidedignis. Datum Spandow anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. quinto sabbato ante dyonisiij. —

Nach dem im K. K. Geheimen Hof- und Haus-Archive zu Wien befindlichen Original. Vergl. Bb. I, 376.